

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.



SELECTARVM⁵⁹
IURIS QVÆ-
STIONUM³⁵

*Ad faciliorem Paratitlorum Wesenbecii in-
tellectum directarum*

DISPUTATIO I. 1636, 5.

SUB PRÆSIDIO

Viri Excellentissimi, Consultissimi, Clarissimi,

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,
J. U. D. eiusdemque in Florentissima inclytæ Reipubl. Ar-
gentoratenſis Univerſitate Professoris Publici, Patroni, Pro-
motoris ac Præceptoris ſui æviterno obſervantiæ,
amoris ac honoris cultu pro-
ſequendi,

RESPONDENTE

M. FRIDERICO OTTONE ARGENTINENSI.

In auditorio ICtorum die Iovis horis à 2. pomeridianis,

INSTITUTA.



ARGENTORATI,

Typis heredum Pauli Ledertz.

ANNO

M. DC. XXXVI.

92

SEBASTIANUS

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512

1512


1512

1512

1512

1512





Disputatio I. ad lib. 1. tit. 1. & seqq.

Respondente

M. FRIDERICO OTTONE ARGENTINENSI.

Questio 1.

AN operi Wesenbeciano melius conveniat no- *ad rub.*
men commentarii, quàm paratitlorum? *Resp.*
Wesenbecius initiò paratitlorum nomen elegerat;
quod ex Edicto Iustiniani, commentationes ac glos-
semata, præter *παράτιτλα* his adjecta, juri censeret esse contra-
ria. *Wesenb. in præfat. & con. ff.* Cuiacius autem (*uti à certis autoribus*
accepimus) operis prolixitatem & nonnulla alia causatus, potius
commentaria dicenda esse, quæ ille paratitla nuncupasset, cen-
suit? *Nestrâ opinione utrumq; rectè dicitur:* Nimirum si commenta-
rii vox sumatur propriè & latiùs, pro quacunque explicandi ratio-
ne: & vox paratitlorum pro cõgestione legum sub aliis titulis re-
latarum, ad suum titulum: & pro dispositione earû ex titulorum
subtilitate & divisione: *uti describuntur à C. I. A. de O. I. th. ult. vel ut*
Hieronym. Setserus in princ. paratitl. Instit. pro admonitoriis quibusdam
juris, per indices & titulorum subtilitates dispositis. l. 1. §. 12. l. 2. §. 17.
& 21. l. 3. §. 21. C. de V. I. E. neque aliud sunt autem ista paratitla l. 26.
de liberat. legat. χεῦσεα ἔπυ & ad verbum ediscendi libelli, uti loqui-
tur de rebus quotidianis Icti Cai. Cuiac. in recit. ad princ. ff. de O. &
A. Ut ut Cuiacius strictius paratitla sumat pro sola titulorum &
rubricarum interpretatione in præf. parat. C. in f.

2. 2. Qua methodo jus tradendum? In toto analytica, *no. 1.*
in partibus synthetica. *Dan. Otto lib. 2. Dial. jur. c. ult. Keckerman. 3.*
System. logici cap. 1. l. 1. de doli mali & met. exc. l. 4. de V. I. cap. Diss.
Wesenbec. paratitl. de Iust. & Iure. num. 1. in fn. quando autem de
ordine alicuius scientiæ judicare cupimus, ad cohærentiam
partium inter se respiciendum est; & non ad partium minutio-

A 2 rem

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 1.

rem tractationem. *Arniseus proœm. libr. 2. relect. polit. section. 3. num. 35.*

n. 10.

Q. 3. An finis Jurisprudentiæ sit Justitia Universalis vel particularis? *Resp.* Juris Consulti Stoicos secuti, unam saltem justitiam agnovère, ut loquitur *Contius 2. subsec. lect. 7.* & divisio hæc per se quoque vitiosa est, *V. G. Forster. Disp. Inst. 1. th. 21. Tim. Fab. Disp. 1. th. 4. n. 3. Bach. comm. Pand. de 1. & 1. p. 12.* Intelligimus ergo Justitiam, pro obedientia omnibus LL. præstita, quæ & civem in se dirigit, & adversus Deum atque proximum componit. *C. I. A. de 1. & 1. th. 1. n. 2. v. Dn. D. Locam. quest. 4.*

n. 11.

Q. 4. An delicta ad distributivam an verò commutativam justitiam referenda, adeoque poenæ secundum proportionem geometricam an arithmeticam infligendæ? Prius affirmat *Wes. in parat. h. n. 11. Gol. lib. 5. Eth. cap. 2. & 5. Keckerm. lib. 2. Eth. c. 5. Magir. 5. Eth. c. 4. & 5.* Posterius defendunt *Dom. de Soto lib. 3. de 1. & 1. q. 5. art. 1. Arnif. lib. 4. pol. c. 18. Horn. lib. 3. Eth. c. 12.* Nos priori sententiæ calculum adijcimus per *l. 10. l. 28. §. f. de pœnis.*

n. 14.

Q. 5. An jus & jurisprudentia pro eodem aliquando rectè accipiantur? Improbatur hoc *Gl. ad l. 10. §. 1. h. t. Duar. cap. 2. Vngep. Exer. 1. q. 12.* Contrarium vero arridet *Baron. & Vult. ad §. 1. Inst. h. t. Harp. ad pr. Inst. de 1. & 1. n. 8. Connan. lib. 1. comm. c. 3. n. 4. l. C. Arum. Exer. 1. th. 6. quod & nobis placet arg. rubr. de 1. & 1. ubi VVes. in parat. h. n. 13. C. I. A. h. th. 6.*

n. 14.

Q. 6. An jus publicum quoque sit collectum ex præceptis juris N. G. & C. ? Negat *Bocer. clas. 1. disp. 2. th. 5. l. D. Wes. h. n. 13. Baro. Mynsing. ad §. 4. Inst. de 1. & 1. Lyclam. 7. memb. ecl. 41. Vngep. Exer. 1. q. 14.* Affirmat *Harp. ad §. 4. Inst. de 1. & 1. Kubach. cent. 1. decad. 2. q. 6.* Placet etiamnum distinctio alibi proposita: quod materialiter quidem nonnulla juris publici capita ex his etiam fontibus hausta sint: Non item formaliter & efficienter: quomodo multa juris Naturæ & gentium capita integra, per nudam approbationem in civitatem Rom. sunt recepta.

n. 15.

Q. 7. An jus gentium rectè distinguatur in primævum,

vum sc. & secundarium? Ab hac distinctione dissentit Bronchorst cent. 1. évav. assert. 3. edit. 2. Coras. lib. 6. miscell. iur. civ. cap. ult. Ioh. Schetler. diatr. domest. de cad. 1. q. 7. Vngep. Exer. 2. q. 1. Eam vero admittunt Harp. ad §. 1. & 2. n. 7. Bach. ad Tr. 1. D. 1. th. 4. l. B. cum seq. Wesl. in τ. h. t. n. 15. Hillig. 1. Don. En. c. 7. l. 1. & rectè quidem: Neque enim tam à tempore, quàm à causa efficiente petita est: quia primævum fluit à simplici ratione, secundarium à ratione, quæ conjuncta est cum discursu, v. Bach. comm. τ. de I. & I. num. 8.

Q. 8. An defensio vitæ sit juris naturalis? Florentinus^{n. 14.} juri gentium adscribere videtur: l. 3. in f. junct. l. 4. h. t. sed esse juris naturalis probat Wesl. in τ. h. t. n. 14. & ideo hominum duntaxat propriam: v. Laurent. ab Embeck. disp. Inst. 1. th. 6. v. Hillig. 1. Don. En. 7. l. 1. F. Connan. lib. 1. comm. c. 4. Treutl. 1. D. 1. th. 4. l. C. l. 1. §. 27. de vi & vi arm. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. Distinguitur, an defensio opponatur violentiæ & læsioni simplici, veluti brutorum aut furiosorum: vel violentiæ ab injuriâ & τ ποικίλη profectæ, quæ tantum est hominum propria. Hænon. disp. 1. Inst. thes. 11. aliter Harp. ad pr. 1. de I. N. G. & C.

Q. 9. An materia necessariæ defensionis rectè in h. t. tractetur? Ita statuunt suo exemplo Dd. ad l. 3. h. t. allegati à Nevio in System. Arum. Disp. Pand. 1. th. 1. Nos negamus: cum sedes eimateriæ magis propria sit t. t. C. quando liceat unic. se vel publ. devot. vindic. ubi Wesenb. in parat.

Q. 10. An detur etiam æquitas scripta? Negat P. Fab.^{n. 18.} in l. 90. R. 12. de R. I. Duar. Disp. 18. Don. 26. comm. c. 2. Giph. in canon. de divis. iur. th. nominatim contra Wesenb. H. Renneman. disp. 2. Iurispr. 1. th. 6. Affirmat Mynsing. lib. 6. obs. 63. Georg. Acac. Enenk. lib. 1. de privileg. iur. civil. cap. 12. n. 56. cum seq. Marc. Lyckl. 7. membr. eclog. 39. §. 2. Vngep. 1. q. 9. quos & nos sequimur: quatenus æquitas, h. e. regula illa rectæ rationis jam tum à legislatore in aliquo casu expressim est adhibita, & concretivè pro parte juris scripti sumitur; non quando abstractivè & absolutè l. 1. ibi inter æquitatem. Iusque C. de LL. facit locus eleg. Quintil. lib. 2. Instit. c. 3.

Q. 11. An communis error jus faciat? Non obstantibus

19
Disputatio I. ad lib. I. tit. 1. 2. & 3.

tibus pluribus in speciem textibus, Nos cum Harp. ad §. 9. Inst. de l. N. G. & C. n. 8. Hillig. 1. Don. En. 1. c. 6. l. A. Bronch. 1. evavl. 12. Arum. D. Pand. 1. th. 22. Kubach. cent. 1. D. 7. q. 2. negativam veram esse censemus. arg. l. 1. §. 2. f. h. t. l. 15. de Iurisd.

Ex tit. 2.

n. 2.

Q. 12. An verum sit, quod Imp. in §. 8. I. de I. N. G. & C. tradit, Senatum legis condendae potestatem habuisse? Aff. Wes. cum Imp. & Dd. comm. Negat post Hottom. comm. ad d. §. 8. & 1. Ant. Rom. pr. 3. c. 2. f. Bach. 1. D. 1. th. 5. l. G. & 1. D. 25. th. 1. l. A. comm. x. de O. I. itemque ad §. 8. I. de I. N. G. & C. ubi etiam rationem ab Imp. in d. §. allatam impugnat: neque minus Arniseus 2. relect. polit. cap. 6. f. 3. n. 63. Pro Imperatore faciunt tot Seta in statu populari & monarchico condita. l. 9. de LL. Nov. Leon. 78. l. 1. C. de off. ejus cui mand. v. Stuckius disp. Academ. 1. th. 26. & 32. l. 1. §. 2. à quibus appellare non licet. l. 2. de flum. l. 1. pr. C. ad L. Iul. Majest.

n. 2.

Q. 13. An urgente necessitate omne Imperium populus in Principem transtulerit, an v. Cæsar illud per Tyrannidem occuparit? Per Tyrannidem potius occupasse contendit Bach. in comm. Inst. ad §. 9. de I. N. G. & C. Dan. Otto de Iur. publ. c. 4. Distinguiamus inter causam proximam & remotam conf. Tacit. 1. Annal. 2. ibi nullo adversante: & ibi tuta & presentia quam vetera & periculosa: Neque provincia abnuebant. Florum lib. 4. c. 2. ibi: Itaque non ingratis civibus omnes honores unum in principem congesti: Quod in Augusto magis clarum. v. eundem d. lib. 4. c. f. qua de re Arniseus 2. relect. polit. cap. 6. sect. 4. n. 46. Certum est populum in C. Iul. Casarem omnes honores congerere properasse, postquam universam libertatem, quam tot annos contra tot cordatos viros, Martios, Fabios, Claudios: contra universum Senatum: contra ipsam L. Sylla Tyrannicam Dictaturam mordicus propugnarat, unius congiarij & agrarij doni parvo pretio vendidisset.

Ex tit. 3.

n. 3.

Q. 14. An lex localis quam quisque Dux seu præfectus in suo territorio condit, Edicto Prætorio rectè comparetur? Affirmat hoc Jas. in l. non dubium. n. 2. C. de LL. Bart. in l. 5

Disp. I. ad lib. 1. tit. 1. 2. 3.

l. 5. in pr. nu. 4. Sed dissentit *Wes. in w. h. n. 3. & vol. 1. consil. 27. n. 28.* tum quia ipsi status majorem habent potestatem neque rectè prætoribus illis, qui tantum temporariam non autem perpetuam habebant, comparantur: tum quia edicta eorum itidem nõ erant perpetua: tum quia actiones ex illis LL. localibus natæ, non sunt annales, sed perpetuæ: Itaque si quis omninò comparisonem exigat, non dubitabimus eas cum ipsius Principis constit. conferre. v. *Elias Roberus disp. 1. Instit. th. 8. Besold. in comm. ad l. 7. & 8. ff. de l. & I. Bernhard. Sutholt. dissert. Instit. 17. corollar. Ordinat. Camer. part. 1. tit. 57.*

Q. 15. An municipium aut civitas superiori subiecta, *n. 3.* sine approbatione superioris statuta facere queat? Approbationem superioris requiri putat *Wes. in w. ff. h. n. 3. cum Bart. & Bald. allegat.* Sed contrarium defendunt *Jason. Ferd. Vasq. lib. 1. illust. controvers. q. 49. n. 9. Treutl. 1. D. 1. th. f. lit. B. nisi interesse superioris in eo versetur:* Nos civitates mediatas regulariter statuta posse condere negamus *per l. ult. C. de LL.* Summæ enim potestatis tantum est imperare: Imperatur autem magna parte LL. Eas igitur in manu summi principis consistere oportet, alioquin nullam vim habituras, nisi muniantur autoritate illius, qui plenitudinem Imperii possidet. *Arniseus 1. Polit. 11. n. 12. & legis essentia est, quod sit jussum à summa potestate promulgatum. vid. ibid. c. 17. p. 330.* Quod si summa potestas semel eam auctoritatem alicui civitati communicaverit, juxta L. concessionis ea uti, etiam sine approbatione principis speciali, potest, *l. 2. & 3. C. de LL.*

Q. 16. Utrum Lex sit, quæ aliquid permittit? *Pac. n. 5. cent. 1. ev. v. q. 9.* eam legem quæ permittat legem esse negat. Sed refellitur hæc opinio à *Duar. ad h. t. c. 4. item l. 1. C. de jur. & fact. ignor. Hillig. 1. Don. En. c. 5. l. B. Vves. n. w. h. t. n. 5. per l. 20. l. 22. l. 24. ad L. Iul. de adult.*

Q. 17. An ad essentiam L. requiratur ut sit bona? *n. 5.* Affirmat. *Plato s. de LL. Cic. de LL. passim. quos sequi videtur Vvesenb. hic n. 5.* Contra quem insurgit nominatim *Ioh. Stuckius disp. Acad. 1. th. 15. & th. 36. Veram Essentiam L. in eo statuens, ut sit jussum à summa majestate promulgatum: quod jussum Lex esse non desinat, sive virtutens*

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 3.

virtutem precipiat sive minus. Putamus Stuckium abuti voce L. Nulla enim ex novem illis significationibus vocis L. quæ diligenter annotatæ sunt in C. I. A. h. tit. th. 1. huic acceptioni convenit: sed lex etiam generalissimè sumpta debet esse regula justorum & injustorum. l. 2. de LL. debet esse justa, honesta, possibilis. can. erit. 2. dist. 4. debet niti ratione vel naturali τὴ καλῆ: l. 12. §. 2. l. 42. de R. N. vel saltem civili τὴ συμφέροντος publicæ utilitatis l. 25. de LL. l. 2. de const. Pp. l. 1. de Usucap. Itaque (qui effectus hujus quæstionis est) licet populus omnem Principi potestatem contulerit, & obedientiam promiserit; non tamen obstringitur decretis apertè injustis. Nam plenè quidem; sed benè tamen gerendam Remp. commisit, arg. l. 60. §. ult. mandati. l. 75. pr. de legat. 1. Clem. Pastoral. de Re jud. can. 2. dist. 10. & quemadm. de consuetudine effertur; non tam consuetudinem quam corruptelam esse dicendam, quæ ratione caret, arg. c. cum venerabilis. 7. in f. c. ult. extr. de consuet. can. flagitia. 13. caus. 32. q. 7. Farinac. quæst. 20. n. 45. Bach. 1. D. Tr. 1. th. 9. l. B. ita nec lex, dicenda quæ bona non est aut rationabilis: sed ἀνομιὰ, aut vox brutalis: quales fuerunt, Neronis, Diocletiani, Heliogabali, &c. v. l. 2. C. quæ sit longa consuet.

n. 5.

Q. 18. An ad L. essentiam requiratur scriptura? Affirm. Wesenb. in w. ff. h. t. n. 5. Niellius disp. feud. 1. th. 2. l. A. Bocer. in §. constat. 3. n. 10. de I. N. G. & C. Hænon. disp. 1. controvers. 15. Neg. Hillig. Don. En. lib. 1. c. 8. Arum. Exer. 1. th. 16. Gerhard. 1. c. 1. q. 6. Treutl. 1. D. th. 5. l. B. Rümelin. Exer. 1. th. 9. l. B. Kubach. cent. 1. quæst. illustr. decur. 3. q. 3. Nov. 24. pr. Nos à parte negantium stamus, cum legis forma in sanctione potius & promulgatione l. 65. C. de decur. consistat: hinc utrumque jus communi nomine L. gaudet §. 3. l. de I. N. G. & C. l. 6. de I. & I. l. 2. §. 5. & 12. de O. l. l. 32. §. 1. de LL. Possis etiam cum V. G. Forstero lib. 2. observ. XI. distinguere, inter formam L. externam seu existentia & internam seu essentia. Stuckius d. disp. 1. th. 78. ubi nominatim hunc auctoris locum perstringit.

n. 9.

Q. 19. An necessum sit consuetudinem aut à toto populo aut à majore ejus parte induci? Aff. hoc Gl. in c. f. §. f. extr. de consuet. Wesenb. vero in w. h. n. 9. rejicit. §. 9. l. de I. N. G. & C. l. 31. §. 1. h. t. Schneid. ad d. §. 9. Distinguimus inter actus consuetu-

Consuetudinem introducentes; & consensum approbantem: Hic totius vel majoris partis populi requiritur, ut delegatorum provincialium, vel Senatus civitatis, qui populum repræsentant *Schrad. ad §. 9. n. 6. del. N. G. & Cl. Actus* autem sufficiunt singulorum, populi consensu saltem tacito approbati.

Q. 20. An interpretatio LL. aliis quoque præter ^{n. 8.} Imp. sit permittenda, veluti iudicibus & Jctis? N. videtur *L. 1. & ult. C. de LL. Aff. Wesenb. in c. h. n. 8. Disting. Donell. 1. Com. 13.* An interpretatio juri tanquam prorsus iniquo opponatur, qua hoc agatur ut omisso illo, tanquam præduro, aliud accipiatur æquitati consonum: ut illa quia legislationem sapit, merito principi soli reservetur: An rigorem illius tantum temperet addendo aliquid vel detrahendo: & hanc cuivis jus dicenti esse concessam: *Hancq. Dist. sequitur Rennem. Jurispr. Justin. disp. 2. th. 9. & 10.* Addi quoque potest distinctio interpretationis in Authenticam, usualem & doctrinalem. *de qua ReinKing. lib. 2. de R. S. & E. clas. 2. c. 11. nu. 2.*

Q. 21. An populus superiorem recognoscens possit ^{n. 9.} consuetudinem introducere? Aff. Wesenb. *cum communi. in parat. h. nu. 10. vers. consuetudinem*, dummodo superior sciat & non contradicat. *Coler. 1. de process. 3. n. 12. & 13. (ubi tamen tutius esse ait, si consuetudines à principe confirmantur.) Idque multò magis asserendum in civitatibus Imperialibus v. Gail. 2. O. 54. n. 10. f. Schonborn. 5. polit. 41. Negi autem Rochus de Curte ad cap. cum tantum f. extr. de consuet. sect. 4. n. 22. Heig. 1. q. 23. n. 20. Bernh. Grav. ad Geil. 2. concl. 31. n. 34. Christian. Ohemius. discurs. juridico polit. c. 3. n. 90.* Quod populus superiorem recognoscens non possit novas LL. facere *L. ult. C. de LL. E. nec consuetudinem: arg. l. prator. 3. §. 5. de sepulch. viol. l. 5. in f. C. de legation.* Adhibemus & in hac controversia distinctionem *ReinKing. lib. 2. de R. S. & E. cl. 2. c. 9. n. 30.* Nam consuetudo aut est introducta secundum L. & tum ea valet ad L. interpretationem *L. 37. de LL.* aut est præter L. & principis scientia & patientia eandem confirmat: *per not. Wesenb.* aut est contra L. universalem & tum connivente principe, habet vim dispositivam non abrogativam: vid. exemplum *ap. C. I. A. de adopt. th. 106 & 107.*

B

contra-

Disputatio I. ad lib. I. tit. 3.

contradicente autem nullam: *arg. l. 38. de pact. juncta l. 15. & 16. de V. S. faciunt etiam textus in simili questione allegati à Bocero l. disp. 3. th. 41. lit. B.*

n. 9.

Q. 22. An consuetudo irrationabilis hunc saltem effectum habeat, ut à poena excuset? Aff. Gl. & Dd. ut & Tiracquel. allegati ab authore inf. de pœnis in fin. C. I. A. de LL. th. 38. fin. per Nov. 154. c. 1. Neg. post Farinae. q. 20. n. 45. Moller. 3. semestr. c. 2. Ampli. Dn. D. FINCKELTHUS. contra C. I. A. nominatim disp. de consuetudine peculiari th. 3. lit. a. per Novell. 134. c. 1. f. ibi: malè enim adinventata. Nos amplectimur distinctiones Bachovii l. disp. Treutl. 1. th. 9. l. B. in f. p. 34 conf. c. un. 2. f. 7. & 1. f. 13. c. filii. 2. f. 26.

n. 9.

Q. 23. An consuetudo abroget legem? A. Wes. in c. h. n. 9. Negat. Connan. 1. comm. c. 10. n. 9. Giph. in §. 9. l. de I. N. G. & C. Ant. Fab. in Rational. ad. d. l. 32. Aegid. Hortens. ad d. §. 9. disting. cum Bachov. inter populum liberum & subditum: tum inter consuetud. rationabilem & irrationabilem. C. I. A. h. th. 38.

n. 9.

Q. 24. An ad probationem consuetudinis requiratur actus judicialis? Resp. Pragmatici magnopere hos requirunt: imò & consuetudinem contradictorio. judicio obtentam Bernh. Græv. lib. 2. concl. 31. n. 17. Iacob. Scult. lib. 2. quest. pract. 76. n. 43. & 46. Negativam verò sententiam ut veriore amplectitur Dn. D. Locam. q. 13. Wes. in c. h. n. 9. Gail. 2. obs. 31. n. 8. Harp. ad §. sine scripto. n. 13. & seq. potest enim populus consensum suum æque extra judicium, quam in jud. declarare. l. 32. §. 1. l. 38. de LL. nec auctoritas judicis necessaria est in iis, quæ solo consensu nituntur. arg. l. 28. C. de transact.

n. 9.

Q. 25. An certum tempus requiratur ad consuetudinem introducendam? Certum tempus statuunt Gail. 2. obs. 31. n. 3. Mynsing. cent. 6. obs. 41. Arum. Exer. 1. th. 10. Vult. ad d. §. 9. n. 9. Schneid. ibid. n. 5. Wes. in c. h. n. 9. Nos cum Menoch. cas. 83. Dn. D. Locam. q. 12. Vngep. Exer. 2. q. 7. Bocer. clas. 1. disp. 4. th. 8. l. Q. Judicis discretioni committendum putamus: Tempus enim hoc jure definitum non est, & magis ad factum refertur quam ad jus; an sc. tale sit ut populi consensus inde pateat, E. merito judici relinquitur arg. l. 1. §. 2. de jur. delib. l. mora 32. in f. pr. de Vsur.

Q. 26.

Disputatio 1. ad lib. 1. tit. 3. & 5.

Ex tit. 4.

Q. 26. Quando Lex Regia lata sit? Variæ de hac L. n. 1.

R. sunt opiniones, ut videre est apud Vult. Mynsing. Harp. ad §. 6. I. de I. N. G. & C. sed verissima videtur Wes. sententia in *æ. h. n. 1.* tempore Augusti eam latam esse. vid. Vngep. Exer. 2. q. 4. & Arum. Exer. 1. th. 10. Guilelm. Barclai lib. 3. contra monarchom. 6. 4. iteratam tempore Vespasiani v. B. Sutholt. de Iurisd. th. 68. Stuckium disp. Acad. 1. th. 88.

Q. 27. An contractus Principis legis vim obtineat? n. 2.

Aff. Welenb. in *æ. h. n. 2.* Gail. 2. Obs. 127. n. 8. in f. Zaf. conf. 8. nu. 20. lib. 1. Neg. contra Wes. nominatim Knipsch. Exer. 1. q. 21. Vasq. illustr. contr. 3. n. 5. Hunn. tract. de pact. c. 3. q. 16. Nos arbitramur Principis contractum in l. pen. C. de donat. int. vir. & ux. comparari legibus, non tam ratione effectus quam ratione constitutionis: ut quemadmodum simplex principis placitum, sine ulla alia solennitate, legis vigorem habet: Ita etiam contractus principis, omissa licet solennitate L. (qualis est in donatione, insinuatio) firmitatem obtineat & per se subsistat.

Ex tit. 5.

Q. 28. An anima hominis sit ex traduce an aliunde? n. 3.

N. Welenb. hic. n. 3. & in f. ad L. Cornel. de sicar. n. 7. ubi effectum hujus questionis ostendit, & à Deo inspirari contendit, cum allegatis: Scal. Exer. 6. f. 11. & in 1. Arist. de Plantis. p. 55. ubi dicit, animam nostram esse à Deo statim ipso, nullo interea vel medio vel sequestro. Verior est sententia eorum, qui non quidem ex traduce; neque tamen etiam mediata Dei inspiratione & nova quasi creatione: sed per traducem propagari statuunt. vid. Harprech. ad §. 5. l. de P. l. num. 44.

*Q. 29. An servus personam habeat? N. Wes. in *æ. h. t.* n. 4.*

n. 4. circa f. Aff. Bach. 1. D. Tr. 2. th. 1. l. B. & in comm. ff. h. n. 8. præter alios textus, etiam ipsam l. 3. Ne quis eum qui in jus. quo autor utitur, pro sua opinione inducens, Harp. ad pr. 1. de Iur. person. nu. 28. Lusus esse videtur in vocis ambiguitate, quæ vel generalius sumitur, pro qualitate hominis posita in moribus & fortuna, ut Scal. 1. poet. 13. definit, seu ut nostrates describunt, pro homine in qualitate juri-

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 6. & 7.

te juridica considerato: quomodo personæ vel liberæ vel servæ
sunt, *z. t. l. de jur. person.* vel strictius, pro homine singulari vi-
tæ civilis particeps, seu JClis communionem habente. prout
describit H. Renneman. *disput. 3. Jurispr. Justin. th. 3. conf. Mercer. i.
opin. 11.*

n. 4.

Q. 30. An minor 60. annis possit adoptari? Non fa-
cilè, quia conjugio operam dare debet. *Wesenb. h. n. 4. facit l. 15. §.
2. l. 17. §. præterea. h. t.* quas Bocerus itid. non tantum de arroga-
tione, sed de adoptione in specie etiam intelligit *cl. 1. disp. II. th. 10.
Diff. vr. C. l. A. h. t. th. 6. ibi neque arrogare*: Et ratio esse potest; quia
in adoptante hoc tantum requiritur, ut adoptandum plena pu-
bertate antecedit §. 4. *l. h. l. 16. & 40. §. 1. h.* At talis etiam esse
potest minor 60. annis. *Rat. differentia suggerit. l. 17. §. 2. ibi: quam
ex aliena familia. h. t.*

Ad tit. 6.

n. 3. pr.

Q. 31. An legitimatio Justinianea, quæ semper na-
turales præsupponit, locum hodie habeat, ex eodem jure?
N. Georg. Schultz *in Synops. Instit. ad tit. de Nuptiis. lit. H. Quia sub-
jectum legitimationis adequatum h. e. naturales ejusmodi liberi (qui
ex concubina, h. e. foemina concubitus causa sine nuptiis uxoris loco ha-
bita, nascebatur) concubinatu sublato t. t. ext. de cohabit. Cler. & mul.
amplius non datur. Aff. H. Rennem. Jurispr. Justin. disp. 9. th. 3. Quia
in naturalium liberorum locum succedant prognati ex stupro
simplici, qui vulgò dicuntur bastardi & differant à liberis vulgò
ex prostibulis publicis quæsitis: illi enim patrem naturalem
etiam demonstrare possunt *l. 5. C. qui manum. poss. l. 5. de in jus voc.*
Hi nequaquam *Nov. 4. §. ult. facit. Cost. Justiniani in l. 10. C. de Na-
tural. lib. ubi imp. non solum de concubina, sed de quacunque muliere,
ad quam pater consuetudinem habuit, loquitur, De jure canonico &
consuetudine id minus dubii habet cap. 1. qui fil. sint legit.**

n. 3.

Q. 32. An Privilegium liberos distrahendi etiã matri
competat? *Aff. Knipsch. Exer. 8. q. 4. Hunn. in resol. Tr. 1. d. 28. th.
4. q. 20. Forster. tract. Inst. D. 3. th. 14. Neg. Schneid. ad §. 2. Inst. de
patr. pot. n. 19. Arum. Exer. 2. th. 3. Harp. ad §. 2. nu. 23. Quod & nos
puta-*

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 6. & 7.

putamus cum Cuj. & C. I. A. de contrab. emt. th. 74. n. 1. facit l. ult. C. de patr. pot.

Q. 33. An dignitas doctoralis liberet à patria potestate? Aff. Mynf. ad §. 4. quib. mod. jus patr. pot. sol. Vult. ad §. filij. 3. Libid. Raniz. exerc. 1. ad lib. 1. Inst. concl. 7. Neg. Ungep. Exer. 3. q. 10. Tr. I. D. 2. th. ult. l. C. Hering. tr. de fidejuss. c. 7. n. 624. Harp. ad d. §. 4. cum Berlich. 2. concl. 11. nu. 53. quos & nos sequimur facit l. 1. §. 3. med. de postul.

Ad tit. 7.

Q. 34. An adoptio etiam extra acta, coram iudice tamen fieri possit? A. Dd. allegati à Wesenb. h. n. 5. N. cum Tiberio Deciano & Gailio Bocer. 1. disp. 11. th. 56. & 57. Enimvero, quanquam ablativi absoluti, (actis intervenientibus,) necessitatem inducere videantur: l. ult. C. h. §. 8. I. quib. mod. jus P. P. sol. tamen iis verbis non tam designatur locus iudicii, quam tabulæ adoptionis iudici insinuandæ arg. l. 2. C. de emancip. liber. & vocum manifestaverit actis intervenientibus, d. §. 8. quæ non ad iudicem, sed ad patrem respiciunt, confer Bachov. ad d. §. 8. & §. ult. I. de Nupt. n. 8.

Q. 35. An extraneus in adoptionem datus, hodie in familiam ejus transeat? N. cum Dd. Wesenb. h. nu. 6. Aff. Arum. (& ne is quod putat, solus relinquatur, Anton. Matthæi. in not. ad §. 2. l. de adopt. & in Colleg. Instit. disp. 2. th. 12.) Exer. 2. Instit. q. 20. (1.) per ipsam l. pen. C. de adopt. vers. sancimus. ibi. quasi non fuisset in aliam familiam translatus d. §. sed ea omnia. I. de heredit. que ab intest. ibi. atque si in potestate naturalis patris mansisset. Vnde colligit revera non mansisse. (2.) per ejusdem l. §. 1. & 2. ubi dicitur filium ejusmodi emancipari posse, E. necessum est in potestate fuisse. Hanc sententiam quidem rejicit nominatim Harprecht. ad d. §. 2. n. 3. sed rationes non refutat: Bachov. vero eod. loc. ad priorum tantum respondet n. 2. vers. Miror hic iudicium, an stupiditatem eorum: Ad posteriorem Resp. Ostermannus in rational. ad d. §. 2. Illam emancipationem de abdicatione quacunque & vel ficta saltem intelligendam esse. At replicat Arumeus in addit. ibid. fictæ Emancipationis in toto jure mentionem non fieri: quin imò quoties de ea quaritur, semper ut patriæ potestatis veræ dissol-

B 3

vendæ

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 7. & 8.

vendæ modum proponi. Liquidius Resp. G. Franzk Exer. 2. q. 10. n. 5. & seqq. adde C. I. A. h. th. 75. cum quibus transimus.

n. 6.

Q. 36. An plebejus à Nobili adoptatus fiat nobilis? Affirm. Arum. d. Exer. 2. q. 21. Negat cum allegatis Harprecht. ad §. 12. l. de adopt. n. 6. Distinguiamus inter adoptionem minus plenam extranei & plenioram seu plenissimam, ut vocat C. I. A. de adopt. th. 28. Illa nobilitatem non confert: quia nec jus familiæ; l. 23. & 44. de adopt. Robert. disp. 3. th. II. Cohtm. disp. 6. corol. 6. Matth. Stephan. 1. qq. 44. lit. C. Bach. 1. disp. Treutl. 2. th. 10. l. a. p. 76. Hæc autem quia jus familiæ transfert; ideo etiam eiusdem consequens, jus sc. nobilitatis. Ampliſſ. Dn. D. Locam. qq. Iustinian. 31. Nec obstat quod dissentientes maximè urgent: ita sc. in privati potestate futurum, jus nobilitandi, quod utique sit de reservatis summi principis: Reinking lib. 1. clas. 5. c. 11. n. 25. Conrad. ab Cir. fidel. de Regal. c. 2. Non enim jus istud pendet ab absoluta privati potestate; sed à virtute & potentia L. quæ adoptati dignitatem etiam vult augeri, l. 13. & 35. de adopt.

n. 6.

Q. 37. An jure Sax. sola separatio, si liberi separatam Oeconomiam instituunt, patriam potestatem solvat, an verorequiratur ut separatio fiat apud acta? Posterius Statuit cum allegatis L. Schrad. Comm. 1. quib. mod. I. P. P. S. n. 46. vers. in quo dubio ego concludo. Prius autem sufficere vult E. Augustus 2. constit. 9. ubi Moller. & Berlich. 2. concl. 11. n. 6. allegans pro hac opinione inter alios etiam autorem nostrum in tit. supr. n. 3. post med. Enimvero quod ibi generaliter enunciaverat autor, id n. 7. hujus tit. Clarius explicat, distinguens sc. inter sententiam textus saxonicæ, & declarationem ex moribus & Constitutionibus subsequutam: ille omnino solennitatem judicalem requirit, Licet hodie ex consuetudine, ab Electore serenissimo confirmata; non amplius requiratur. Treutl. 1. disp. 2. th. 12. h. e. G. Schultz. synopsis. Instit. quib. mod. P. P. sol. lit. D. in f.

Ex tit. 8.

n. 1.

Q. 38. An Personarum an vero rerum tractatio præmitti debeat? Prius A. cum Imp. & Jctis Wesenb. parat. de statu homin. n. 1. post medium. Posterius Gregor. Tholosan. part. 2. syntag.

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 8. & 9.

66

Syntag. c. 1. quia à rebus tanquam simplicioribus facilior progressus sit ad composita & mixta h. e. personas: consentit Duar. & Schrader. quos allegat & sequitur Dn. D. Finckelthaus *disp. feud. 3. præf.* Nos cum autore sentimus; quod rationes dissentientium methodo syntheticæ disciplinarum theoreticarum congruant: non juri prudentiæ. *Conf. Gothof. Anton. disp. feud. 2. th. 1. a.*

Q. 39. An ratio hæc sit adæquata: Muri & portæ civitatum sunt sanctæ, quia pœna capitis in earum violatores constituta est? Ita tradit Wel. cum communi *h. n. 1. f.* Dubitat Bachov. *2. D. Treutl. 10 th. 1. l. C.* quia alias ex ea ipsa ratione efficere-
tur, leges non esse sanctas: In multas enim peccatur: neq; tamen pœna capitis in transgressores statuitur, inquit id. Bachov. *Comm. I. ad §. sanctæ. 1. de R. D. facit l. 14. §. 14. de relig. & sumt. fun. l. 16. de pœn.* Manifestus videtur committi paralogismus ignorati elenchi: uti apparet ex *l. 8.* ex qua hæc ratiocinatio sumta est, collata cum *l. 9. §. 3. eod. tit.* Neque enim Jcti tam ad pœnæ quantitatem, quàm sanctionis auctoritatem digitum intendunt. Addunt alii: disting. esse inter simplicem præcepti alicujus legalis violationem *d. l. 14. §. 14. derelig. & sumt. fun.* & machinationem ad legis everisionem tendentem. *l. 12. C. de LL. l. 41. de pœn. quod & Bachov. sequitur ad locis.*

Ex tit. 9.

Q. 40. An sub Imperatoribus obtinuerit, ut pro senatoribus tantum essent, patricii, h. e. principis consiliarii: Affirm. Wesenb. in parat. *de Senator. post med.* Aliter tradere videtur id. in *Inst. ad §. filius. 5. Quib. mod. P. P. sol. ubi ait patritiatus ordinem fuisse similem senatorio.* Respondeo: tempore etiam Justiniani senatum & senatores, saltem novæ Romæ seu Constantinopoleos, in magno honore viguisse, ostendunt, præter historicos, tot sanctiones ad illos honorificè directæ: vide *Cost. Cordi. de Emendat. C. r. t. C. ubi senator. vel Clariss.* Eorumque cœtum gloriosissimum, à consistorio principis etiam tum fuisse distinctum, apparet ex *l. 8. C. de LL.* non minus quàm tempore Arcadii & Honorii distinguebatur *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* ex qua etiam patet, posterioris loci sententiam veriore esse: certè priorem cum grano salis esse accipiendam. *v. t. tr. Draconis De Patritiorum origine & jure.*

Ex tit.

Disputatio I. ad lib. 1. tit. 10. 11. 12. & 16.

E tit. 10.

in f.

Q. 41. An tempore Ulpiani ea tantum quæ spontaneæ fuerunt jurisdictionis, Consules potuerint? Aff. Wesenb. in parat. h. circa f. ibi duntaxat. per l. un. h. t. Negat. Cujac. in parat. h. qui ostendit imò multò plura etiam contentiosæ Jurisdictionis ipsi subjacuisse: conf. C. l. A. h. th. ult. Itaque d. l. un. non exclusivè sed declarativè accipimus, & quæ huic desunt ex l. 57. de re judic. & aliis textibus, ut in reliquis articulis juris solet, supplemus. Quomodo ipse Wesenb. in simili explicat. l. 1. & 2. de offic. prator. infr. in parat. med.

E tit. 11.

post pr.

Q. 42. An qui olim Præfectus prætorio, hodie Magister Curia appellandus sit? Ita videtur Wesenb. h. t. pr. cum allegat. Atqui alibi Electores Saxoniae prærogativis præfecti prætorio dicit gaudere: inf. à quib. appell. non. l. nu. 4. imò fatetur proximum eos à principe locum obtinere in parat. C. de offic. præf. prator. & magister curia dicit Hoffmeister/ ferè nihil aliud est, quam superintendens ministeriorum Aulae: quale olim erat officium Magistri officiorum de quo Wesenb. parat. C. eod. n. 2. & proximum à principe locum non habet; sed constablii & ejus generis potestates; quæ sane in Germania nonnullibi Magni Curiarum Magistri, vel magistri curia provincialis nomine appellantur Groß-Hoffmeister/ Land-Hoffmeister. ut Marschalli dicuntur, qui olim sacri palatii Comites. & Wesenb. parat. C. de off. Cam. sacr. palat. & Estienne Pasquier. 7. des recherches. cap. 2. p. 947.

Ad tit. 12.

post pr.

Q. 43. Ecquem Romulus olim Urbi præfectum imposuerit? Wesenb. (uti plurima habent exemplaria) nescio quem D. Patrem Romulum nominat: Corrigendus è Taciti lib. 6. A. XI. ibi ab Romulo Dentrem Romulum, &c.

post med.

Q. 44. An potestas præfecti urbi cognoscendi de criminibus patuerit totam per Italiam an vero intra centesimum ab urbe lapidem fuerit coercita? Prius Aff. in l. 1. pr. h. t. Posterius S. 4. d. l. 1. Disting. Wesenb. ut tamen ultra centesimum lapidem ipsius non fuerit notio: tamen potestas illi competierit, jubendi judicare, arg. l. ult. h. t. sed videtur illud jubere judicare, Jurisdictione sapere & Imperio mero opponi, neq; ad causas pertinere criminales: Itaque malim simplicius dicere: illud quod in pr. absolute & delictis in S. 4. definitur, & extra urbem, intra Italiam, ea crimina intelligi, in pr. quæ tamen sint ab urbe, intra centesimum miliare. v. C. A. I. h. th. 1.

Ad tit. 16.


post med.

Q. 45. An magistratui solutum sit, (ut Wesenb. supr. tit. 14. nec non 15. quando dies leg. n. 6. & infr. de requir. reis. n. 6. Cic. 1. de LL. soluta nobis est eligendi optio) seu integrum, munera accipere. Disting. autor, inter munera pretiosa & xenia atque obsonia. ut & inf. de off. præf. in f. Atqui omnes donationes in quibuscunque rebus vetantur. l. un. S. 1. C. de contract. judic. Adhuc tamen insistendum videtur distinctionibus autoris arg. d. l. un. S. 2. conf. l. 18. 149. & 214. de V. S. & plenius Mynsing. 2. O. 72. n. 6. & seqq.

X 2615926

VD.17





ARVM

59

QVÆ-
UM

35

*rum Wesenbecii in-
starum*

TIO I. 1636, 5.

IDIO

tissimi, Clarissimi,
ONIS TABORIS,
ima inclytæ Reipubl. Ar-
ris Publici, Patroni, Pro-
iterno observantiæ,
cultu pro-

NTE

ARGENTINENSI.

oris à 2. pomeridianis,
ITA.



RATI,
Ledertz.

XXVI.

